



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Manifestum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

## MANIFESTVM.

1 Manifestum in dubio, & pœnalibus accipiendum pro notorio quidam volunt, alij pro eo, quod possit quidem probari, sed non sit notorium.

\* Vide *Syl. Fu. vers. Manifestum.*

2 Notorium facti in loco, aut vicinia, aut Collegio, vbi sint tamē saltem decē, dicitur, quod notum est maiori parti illorum decem: non dicitur autem notorium, si omnes non sint decem saltem.

\* *Syl. Notorium, nu. 4. vide Naua. c. 27. num. 155. qui numer. 73. c. 25. dicit sex, si sit maior capituli pars efficere rem notoriam.*

3 Notorium iuris dicitur, quod constat Iudicis sentētia, vel clara iudiciali probatione, vel confessione.

\* Vide *Nau. l. c. c. 25. Syl. l. c. 3.*

4 Occultum dicitur, quod tale non est, etiam si possit probari, & quod penē est occultum, id est, difficile probatu: denique etiam quod quinque sciunt, occultum dicitur. Vide *gl. 2. q. 1. Manifesta.*

\* *Syl. Occultum 4. Gl. in c. Quis aliquando, de pen. d. 1. Nau. c. 27. nu. 255. & c. 24. nu. 14.*

Occultum, de quo in *Trid. sess. 24. nu. 6. de iure communi, notorio, & manifesto opponitur; quare delicta non notoria, neque ad iudicium exposita, multis licet cognita, occulta*



cultra sunt. *Maiol. lib. 5. de Irreg. c. 51. numer. 4. Idem ferè Sayrus l. c. 13. numer. 12. Quinque præsentibus factum est occultum, Nau. l. 5. c. 27. ex quadam gl.*

Impedimentum occultum, ait Sanchez l. 2. d. 40. nu. 11. dicitur quando publicè non constat, neque periculum est, vt in exteriori foro prodatur. *Trid. sess. 24. c. 6.* concedit Episcopis facultatem dispensandi in occultis, id est non deductis ad forum externum: quare si crimè ad hoc forum deductum non probetur probationis, aut falforum testium vitio, poterit in eo Episcopus dispensare: cessat enim publicitatis ratio. *Sanchez l. c. d. 37. nu. 12. Vinal. 2 p. de excommunicat. numer. 42. Manuel. tit. 1. c. 167.* Quando autem Episcopus potest dispensare, per *Trid. l. c.* in occultis impedimentis intellige pro foro conscientia: *ex Trid. l. c. Sanchez d. 40. l. c.*

Publicum crimen est, vel publica infamia proditum, vel in iudicio conuictum, vel viciniæ, aut collegio cognitum. *Sot. de ratione reg. m. 2. q. 6. d. 3. Couarr. in 4. Decret. p. 2. c. 6. nu. 13. Val. tit. 3. d. 3. q. 10. p. 5. col. 677.* at occultum, quod non est aliquo ex his modis notum, siue etiam tribus, quatuor, aut pluribus notum sit. *Val. l. c.*

Occulta hæresis, secundum *Azorium l. 8. c. 10. q. 9.* est; quæ non est notoria per euiden-  
tiam facti, vel per sententiam Iudicis, vel per  
Rei

Rei co  
nequit  
5 Pub  
rium e  
Notari

'M

2 Mar  
ipse id  
3 Proh  
martyr  
\* Ric  
tit. 3. d. 2  
rior bap  
non opi  
mus fan

Matrim  
co

1 MA  
se  
vel Episc  
Trid. sess.  
lia. Ex c  
re solum  
decreti C



MARTYRIVM.

407

Rei confessionem in iudicio, & quæ testibus nequit probari.

5 Publicum dicitur non solum quod notorium est, sed etiam quod coram Iudice, aut Notario actum.

MARTYRIVM.

1 **M**artyr dicitur etiam qui pro virtute interficitur. \* *Syl. vers. Martyrium.*

2 Martyrem tenetur eripere qui potest, nisi ipse id recuset.

3 Proles occisa in utero matris saluatur illo martyrio.

\* *Rich. 4. d. q. 3. art. 2. Sot. d. 5. artic. 11. Suarez tit. 3. d. 29. sect. 1. Tol. l. 2. c. 22. num. 2.* excellen-  
tior baptismo aquæ: filijs enim utero clausis non opitulatur baptismus aquæ, ut bap-  
tismus sanguinis.

*Matrimonium, vide Benedictio, Debitum  
coniugale, Dispensatio, Episcopus,  
Metus, Parochus.*

1 **M**atrimonium contractum non præ-  
sente Parocho, aut Sacerdote de illius  
vel Episcopi licentia, nullum est. *Ex Concil.  
Trid. sess. 24. cap. de reform. nec facit sponso-  
lia. Ex Congreg.* Intellige hæc locum habe-  
re solum post triginta dies à publicatione  
decreti Concil. Trid. in illa Parochia. Suffi-  
ciunt